

barolitani cives coram dominico de symeone regali baroli
Iudice¹ et testes subnotati licterati de eadem terra ad hoc
specialiter vocati et rogati. voluntarie non vi nec suasione
aliqua coacta set spontanea voluntate donamus et tradи-
mus dopno petro cantori maioris ecclesie episcopii baroli
recipientes vice et nomine tam pro parte sua quam vice
et nomine aliorum clericorum chori eiusdem ecclesie tam
presencium quam futurorum. domum unam nostram exi-
stentem intus in civitate Baroli in pictagio santi stephani
iuxta fines inferius designatas (*sic*). Ex qua donacione
nichil aliud petimus. nisi quod dicti clerici tam presen-
tes quam etiam futuri ecclesie memorare teneantur facere
propriis eorum expensis anno quolibet anniversarium
pro morte Antonii de Comestabulo viri mee predicte Ro-
die. et patri nostrorum predictorum lodoysii. Nicolai Io-
hannis et Galgani, et si forte dicti clerici anno quolibet
semel dictum anniversarium eorum expensis propriis pro
remissione peccatorum dicti qd. Antonii de comestabulo
ut moris et iuris est non duxerint faciendum dicta dona-
cio sit irrita et. inanis et dicta domus ad ius et proprie-
tatem nostram deveniat pleno iure unde coram predicto
Iudice notario et testibus subnotatis voluntarie Guadiam
per convencionem dedimus omni Iuris sollepnitate ser-
vata etc. contra que si fecerimus pene nomine compona-
mus vobis et dictis clericis tam presentibus quam futuris
uncias auri quatuor et totidem Curie etc. unde ad futuram
memoriam et nostri cautelam facta sunt duo consimilia
puplica Instrumenta quorum uno penes nos retento, reli-
quam vobis ad cautelam nostram et successorum nostro-
rum ydoneum remanendo per manus mei predicti. Iohan-
nis de christiano puplici baroli notarii signo meo solito
signatum etc. Est autem predicta domus in pictagio santi

¹ Dopo il giudice fu omesso dal notaio di scrivere il proprio nome,
riportato solo in fine.